



ARGUMENTUM.

Walterus Pedemontij Marchio
Grifeldem ex stirpe & fortunis
imparem sibi connubio junxerat,
utq; charæ adeò sibi Conjugi fi-
dem periclitaretur, susceptam ex ea gemi-
nam sobolem, masculam unam, foemellam
alteram tanquam paternæ hæreditatis inca-
paces ad cognatam suam Comiti Panicio
nuptam dimisit. Sparsâ subinde famâ utram-
que Prolem vitâ sublatam, Ipsumq; Gualte-
rum moliri divertium: Utq; magis involve-
ret amoris fabulam majori gaudio evolven-
dam, ipse Marchio Romam se sollicitâsse fin-
git, obtentamq; à summo vicario novæ Con-
jugis ducendæ Copiam coram Palatinis Gri-

felfdi exponit , cumq; illa jam in via sit , hanc
sua repetere jubet. Paruit Grifeldis , cun-
datisq; illacrymantibus , sola suam eodem vultu
Caulam repetijt , quo ante aulam petierat.
Paucos tamen dies paternum mapale tenuit.
Vix enim rumor nunciat Panicij Comitis no-
va cum Sponsa adventum , Grifeldis à Gual-
tero revocatur , ad curam tamen & vilissi-
ma Domūs obsequia (ut amplior vulnerum
materies amplius Fidem probaret) novæ
nuptæ præstanta. Præsttit illa , advenien-
temq; detrito habitu , qui ancillarum esse so-
let , de genu dominam salutat : sed non po-
tuit jam ultrò larvam ferre Amor : ô mea!
Exclamat Gualterus satis tentata es , mon-
stratisq; liberis , quorum illa Sponsæ , hic
Cognati partes egerat , hi tui sunt inquit ,
filius hic , illa filia : renovatoq; fidei Sacra-
mento majores primis secundas Nuptias ,
plausus , gaudiumq; excepere. Ita Petrarcha
pag. 607. de fide uxoria. Cætera Poësis
addidit.

PRO